

Wien, Schottenstift (Benediktiner), Bibliothek, Cod. 28 (Hübl 28)

Albert Hübl: Catalogus codicum manu scriptorum qui in Bibliotheca Monasterii B.M.V. ad Scotos Vindobonae servantur. Wien/Leipzig 1899, 17.

[Digitalisat]

— 17 —

Inc.: „Quid mirum si eterna dei sapiencia.“ Opus expl.: „Pro me lacrimas reddit. Explicit liber Moralium b. Gregorii pape sub Anno dom. Millesimo quadringentesimo decimo tercio feria ante festum s. Vrbani in Budweys per Egidium de Zwycerolytycz olym cantorem ibidem in Budweys Alleluja.“ Ed. Maur. 1705, I 604—1168. — F. 197^b script. vacat.

28. (50. c. 9.)

Chart. s. XV (1448), f. 420, 2^o, man. VI (II Pauli de Niclaspurga), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: fragm. liturg. s. XIV cum neumis, tegum. post. a: fragm. hebr.

1. F. 1^a—186^b. *R. Incipiunt epistole s. Bernhardi abbatis clareuallensis ad varios status hominum.* Epistola prima ad Robertum nepotem suum qui de cysterciensi ordine transierat ad cluniacensem. Inc.: „Satis et plus quam satis sustinui fili.“ Epistola „exhortatoria ad archiepiscopos et ad orientalem Franciam atque Bauariam ad passagium pro signacione crucis et terre sancte liberacionem“ expl.: „Quod auertat a uobis qui est super omnia deus benedictus in secula Amen. (R.) Expliciunt epistole b. Bernhardi abbatis anno dom. 1448 circa festum sancti Mathie apostoli.“ Alia manus addidit ad Ermirgardam comitissam epistolam, quae inc.: „Recepi delicias cordis mei,“ et prologum in epistolam primam, qui inc.: „Frater Rubertus sancti Bernhardi monachus.“ Codex epistolas 278 continet, quae in opp. omn. s. Bernardi inveniuntur. — 2. F. 187^a—189^b. *R. Incipit registrum epistolarum b. Bernhardi abbatis,* eo ordine quo in hoc libro sunt scripte. quia aliter fuerunt in quodam exemplari ordinate. Et alique eisdem sunt hic addite. — F. 190—192 script. vacant. — 3. F. 193^a—214^b. *R. Incipit liber exhortacionis (de salutaribus documentis) b. Augustini ad quendam Comitem karissimum sibi.* Inc.: „O mi frater karissime si cupias scire.“ Expl.: „Virtus et imperium et potestas in secula seculorum Amen. Explicit liber exhortacionis . . . scriptus per manus Pauli de Niclaspurga Anno etc. decemb.“ Opus spurium. Ed. Maur. 1685, VI app. 193—210. — 4. F. 215^a—216^a. *R. Epistola (s. Bernhardi?) ad virginem de preconio laudis eius.* Filia fuit comitis

Wien, Schottenstift (Benediktiner), Bibliothek, Cod. 28 (Hübl 28)

Albert Hübl: Catalogus codicum manu scriptorum qui in Bibliotheca Monasterii B.M.V. ad Scotos Vindobonae servantur. Wien/Leipzig 1899, 18.

[Digitalisat]

— 18 —

Andegauensis que spreuit thalamum et coniugium regis anglorum pro cubiculo regis celorum et facta monacha et abbatissa fuit. Inc.: „Venerabili abbatisse fontis hebraldi Inspector conscienciarum deus.“ Expl.: „Non potui pluribus impeditus.“ Epistola in edit. inveniri non potuit. — F. 216^b script. vacat. — 5. F. 217^a—288^b. Inc.: „Cogitatum habe in preceptis dei Hoc clamat lex.“ Expl.: „Habere volens pro repetitis Amen Deo gracias. *Explicit exemplarium decalogi etc.* De Haselpach thomas legis dei que magister Ast sicut plebanus fabricat illud opus Anno Millesimo quadringentesimo trigesimo nono. Optat et ipse preces gratas amore dei.“ Aschbach 521, sermones in decalogum commemorat, quos anno 1449 habitos esse dicit. — 6. F. 289^a—303^a. (Inscriptio indicis:) *Questio magistralis de sanctificatione sabbati.* Inc.: „Vtrum sanctificare sabbatum paciatur actuale peccatum.“ Expl.: „Nescio excusaciones de peccato Et tantum de ista questione.“ — 7. F. 303^b—308^a. Inc.: „[D]ilecto fratri priori s. Marci Miror quorsum tendat prudentia tua.“ Expl.: „Libros sanctarum scripturarum ad manum haberem. *Explicit epistola b. Bernhardi abbatis Clareuallensis ordinis Cisterciensis ad priorem s. Marci Cluniacensem contra quemdam Geruasium qui sine iusta causa Cistercienses deseruerat.*“ Est epistola dubia et potius compositio ex diversis opusculis s. Bernardi facta. — F. 309—312 script. vacant. — 8. F. 313^a—392^a. *Incipiunt expositiones auctorum sacre scripture et declaraciones contra hussitas* Inc.: „Ivssit reuerendissima vestra paternitas.“ Expl.: „Fuit gubernata ecclesia Christi.“ Bibliotheca Hilariensis partem eiusdem tractatus sub titulo adservare videtur: „Contra certos articulos hussitorum collecta per magistros quosdam Wiennenses ad instanciam domini Cardinalis Placentini. Cf. O. Grillnberger, Die Handschr. der Stiftsbibl. zu Wilhering in Xen. Bernard. II 2 cod. 104. — F. 393—396 script. vacant. — 9. F. 397^a—405^b. *R. Incipit sermo Synodalis de natiuitate Marie virginis.* Inc.: „Liber generacionis Jesu Christi. Hoc verbum dyaconus noster.“ Expl.: „Electissima generacione Jesu Christo prestante qui Amen.“ — 10. F. 405^b—411^a. *R. Sequitur de sancto Benedicto sermo bonus.* Inc.: „Benedictus vir Saluator

Wien, Schottenstift (Benediktiner), Bibliothek, Cod. 28 (Hübl 28)

Albert Hübl: Catalogus codicum manu scriptorum qui in Bibliotheca Monasterii B.M.V. ad Scotos Vindobonae servantur. Wien/Leipzig 1899, 19.

[Digitalisat]

— 19 —

noster dominus Christus in paradiso.“ Expl.: „In custodiendo illis retribucio multa.“ — F. 411^b—420^a script. vacant. — 11. F. 420^b. (*Index contentorum.*)

29. (50. c. 10.)

Chart. s. XV (1465, 1466), f. 361, 2^o, man. IV, ligat. antiqua lign.

1. F. 1^a—2^b. *R. Incipit epistola s. dyonisiij ad Thimo-
teum de morte beatorum apostolorum petri et pauli.* Inc.: „Saluto te diuum discipulum.“ Expl.: „Laus et cultus in sempiterna secula. Amen.“ Apud clariores scriptores historiae litterariae epistolae huius mentio non fit. In bibliotheca caesarea Viennensi tria exemplaria adservantur. Cf. Denis I 673, 2108, 2513. — 2. F. 2^b—24^b. *R. Francisci petrarche laureati de secreto conflictu curarum suarum.* Inc.: Attonito michi quidem et sepissime cogitanti.“ Expl.: „Et fortuna non obstrepat.“ — 3. F. 25^a—35^b. *R. Incipiunt excerpta elucidacionum mystice theologie magistri Marquardi sprenger presbiteri et Magistri arcium studii wiennensis viri eruditi (alia manu:) per patrem Johannem slitpacher similiter magistrum arcium et professum monasterii mellicensis.* Inc.: „Compiler tractatus de mystica theologia.“ Expl.: „Ad finem quarte partis suarum elucidacionum Ante vigil. Joh. bapt. 1465.“ De Marquardo Sprenger cf. Aschbach 615. Kropf 416 hunc librum inter opera Johannis Slitpacher (autogr. cod. Mell. G. 23) enumerat. — 4. F. 35^b. (*Excerptum*) *ex cap. 3^o de diuinis nominibus b. dionisiij.* — 5. F. 36^a—36^b. *Linco[l]-
niensis angelice ierarchie cap. 1.* Inc.: „Thearchicus radius nobis adhuc.“ Expl.: „Recurrat ad originale.“ — 6. F. 37^a—39^a. *R. Incipiunt prologi in sanctissimi patris nostri beati videlicet dyonisiij libros.* — 1. F. 37^a. *Metrum (Johannis Scoti Erigenae ad Carolum Calvum).* Inc.: „Hoc liber (in ed.: libam) sacro grecorum nectare furtim (in ed.: fartam).“ Expl.: „Nodose vitis firmiter vna fera (in ed.: ferax).“ Sunt XII disticha, quae edita sunt apud Jac. Usserium, Veterum epistol. Hibernic. sylloge, Herbornae Nassovicorum 1696, ep. 22 p. 54 sq. — 2. F. 37^a. (*Alia disticha*

Wien, Schottenstift (Benediktiner), Bibliothek, Cod. 28 (Hübl 28)

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=1850

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)